

Magnam petm d. deo dare polluta et peiora et
 p. sibi retinere meliora

XLVII

nos nolens aliquem perire sed omnes ad
 patriam converti. nam quantum est in se vult
 omnes homines salvos fieri. et omnibus dat
 unde possint salvari. Qui igitur non salvat
 non imputet hoc divine potentie. sed sue
 malicie. **T**ercio divina voluntas
 monstrat esse mundam et pura contra corru-
 ptionem culpe et omni immundicie. Nam quod
 divina voluntas est in se pura nulla habet
 maculam. ideo detestatur in nobis omnem im-
 mundiciam. unde ipse dicit Mat. j. Non est mi-
 hi voluntas in vobis et munus non suscipi-
 am de manu vestra et sequitur quod ipsi offere-
 bant deo polluta et peiora et sibi retine-
 bant meliora. magnam petm est deo quod dat
 nobis omnia viliora et peiora dare et no-
 bis meliora retinere. Semp enim sunt ele-
 mosina meliora danda. vñ dicitur ibidem. Of-
 fertis super altare meum panem pollutum. et di-
 citis. In quo polluimus te. sicut enim offerre ce-
 cum claudum aut languidum nonne malum est. of-
 fers inquit illud duci tuo quod non sibi placu-
 erit. **Q**uarto divina voluntas
 est perfecta ratione potentie. est enim potentia
 sua infinita et immensa. vñ dicitur Ro. ix. Vo-
 luntati eius quis resistit. et Messer. xij. dicitur
 Domine rex omnipotens in cuius ditione uni-
 versa sunt posita et non est qui possit re-
 sistere vo. tue. Nam hec est illa potentis-
 sima voluntas que mundum tam altum. tam
 amplum et tam profundum. tam diversis ple-
 num de nihilo ad esse produxit. hec est que for-
 tissimum luciferum cum omnibus complicibus
 suis de celo picavit. hec est que parentes no-
 stros extra paradisum expulit. hec est que
 per diluvium mundum perdidit et dampnavit. hec
 est que sodomiam et gomorram subvertit. hec
 est que datan et abiron vivos absorberi
 fecit. hec est que egyptum tot plagis percussit
 et pharaonem cum toto exercitu submersit
 hec est que tanta mirabilia in deserto ex-
 ercuit et omnes populos chananeorum oc-
 cidit. vñ dicebat ei quidam leprosus Mat.
 viij. Domine si vis potes me mundare. Cum
 igitur tanta sit voluntas divina quis est qui

eam non timeat. quis est qui iram eius quam uni-
 versa tremiscet creatura non expauescat
 quis est qui se a malis non retrahat quam eam
 toto posse adimplere non studeat. nam dicitur
 Lu. xij. Servus qui scit voluntatem domini
 sui et non facit placere. va. multis. et Mathei
 xij. dicitur. Omnis qui facit voluntatem patris mei
 qui in celis est. ipse meus frater soror et ma-
 ter est. Quis ergo esse filius dei studeat as-
 cere voluntatem eius. nam et ipse unigeni-
 tus dicit Job. v. Non veni facere volun-
 tatem meam sed vo. eius qui misit me. **S**
 Sed queres que est voluntas dei. notifi-
 cat eam Aplosi verbo iam dicto. Volun-
 tas inquit dei est sanctificatio vestra quod dicitur.
 hec voluntas dei est que a vobis requiri-
 tur ut sancti sitis. vñ sepe in Leui. dicitur.
 Sancti estote quia ego sanctus sum. nam dicitur
 Eccl. xij. Que est communicatio hominis
 ad canem. et Aplos dicit. ij. Cor. vj. Que
 est conventio christi ad belial. et que pars fide-
 lis cum infideli. et pars viritatis cum mani-
 festa fallacia Si igitur dominus noster est sanctus
 ergo fructum requirit sancti mundum ser-
 viciu et nitidum famulatum. Nota ergo quod
 sanctificatio nostra debet esse timorosa p-
 metis humilitate. Nam vis boni radicale p-
 cipium et ad bonum propatium est timor cordis
 propter quod dicitur Eccl. j. quod est principium sapie-
 que timor domini expellit peccatum. et qui in peccato
 est non poterit sanctificari. vñ dicitur ij. Cor.
 vij. Nudantes nos ab omni inquinamē-
 to carnis et spiritus perficientes sanctificationem
 in timore dei. nam dominus dicit Eccl. xxiiij.
 In civitate sanctificata similiter requie-
 vi. et Isay. similiter dicit. Sup que requie-
 scet spiritus meus nisi hu. et quie. et tre. fmo-
 nes meos. Secundo debet esse dolorosa
 per gemebundam confessionem. confessio enim qua-
 si nulla est reputanda et pro nihilo nisi sit do-
 lorosa et gemebunda ut saltim in corde sit
 lacrima. unde talibus sic confitentibus dicitur
 j. Cor. vj Abluti estis et sanctificati Ter-
 cio debet esse recrea per intentionem. nam sicut
 dicit Ambro. Intentio tua operatio tuo nome-

*Radiale principium
 vis boni est timor*

*Confessio debet esse dolo-
 rosa et gemebunda*